



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

Hanc regulam limita quinque modis, vt per Ioann. de Selua tracta. de beneficio: in iij. par. q. xxv. per torum.

REGVLA LXXVIII.

CANONICVS regularis non potest esse delegatus Papæ. Hanc regulam ponit Archidiano. et Ioan. And. in c. statutum. de no script. lib. vj. & ibi Domi. in j. q. Ratio est, quia talis canonicus de iure antiquo prohibetur esse iudex. c. de præsentium. & ibi glo. xvj. q. j. Facit ratio c. j. de syndico. & c. ij. de postula. quam opinio nem dicit esse communem Gome. in d. c. statutum. nu. 32. licet Abb. in c. causam que el j. de iudic. teneat contrarium, cum quo ipse Gome. ibi tenet.

Hanc regulam amplia vno modo: vt per Gome. in d. c. statutum. nu. 32. & limita vj. modis, vt per eundem ibi, a nume. 48. vsque ad nume. 57.

REGVLA LXXIX.

CANONES abrogati obseruandi non sunt. Hanc regulam ponit glo. in c. j. in verbo, statuta, de constitu. & ibi glo. allegat iura hanc regulam probantia.

- 1 Amplia primo, vt etiam procedat in statuto correcto. Tenet Bal. in j. constitu. C. in §. quibus. nu. 2. Bart. in l. omnes populi. nu. 68. ff. de iustit. & iur. quos sequitur Gome. in §. in personam. nu. 17. Insti. de actioni.
- 2 Amplia secundo, q̄ tales leges vel canones correcti non debent inferri in corpore Iuris. Ita tenet Christopho. Porc. per illum text. in §. sed neque nu. 1. Insti. de testa. Quod tamen intellige, & declara vt per Marc. Anto. Baueri. ibi. nu. 5.
- 3 Tertio amplia, etiam si quis iurauerit seruare illud statutum: quia si postea abrogetur non tenebitur illud obseruare. Tenet. Bal. in prelu. feud. nu. 5. cum statutum correctum non sit amplius statutum.
- 4 Quarto amplia, vt non solum non debeat obseruari talis lex correctæ, sed neq̄ etiam reformationes circa eas factæ obseruari debent, vt tenet Barba. in d. c. j. de constitu. per text. in l. vni. in princ. C. de latina liber. tollen.
- 5 Quinto amplia, etiam si Canon, vel lex non esset correctæ: sed si non esset recepta a subditis. Ita tenet Aret. in con. liiij. quæ sequitur Anto. Baueria, in rubr. Insti. de testam. nu. 11.
- 6 Amplia sexto, vt non solum procedat in canone, vel in L. correctæ: sed etiam in Canone, vel in Legē antiqua per desuetudinem antiquata: Ita per plura fundamenta concludit Io. Igne. in Repe. l. necessarius. in §. non alias. nu. 122. ff. ad Syl. Et intra quantum tempus prescribatur contra legem per contrarium vsum, vide Docto. in c. j. de treuga & pace. cum aliis allegatis per Bald. in tracta. pre scriptio.